

I  
CANDIDO LECTORI.

Nihil sanè in literatorum uotis æquè fuit, atque rea  
dijuiuas pris corum imagines omneis, easq; quālibet  
edacis temporis iniuria delitas, posteritatis memo-  
riæ tradere. In qua re cum mirè sudatum sit, hactenus  
tamē post alios huius calculi inultos, Scribonius Lar-  
gus (indignum) scipultus delituit. Eccum tamen Ruell-  
ij uiri diligentissimi opera, labore que reducem, ceteris  
postliminio, habemus. Noluit enim homo sanctus hac  
nos diutius antiquitate ueneranda fraudari: scilicet  
qui hunc ipsum inter medicos eo albo habitum sciebat  
quem Galenus non commendarit modò, sed περὶ νο-  
τῶν πόνων pluribus locis sequeretur. Iam quibus tē-  
poribus floruerit, ipse sibi testis est fidelissimus: quē  
etiam recepisse se ab Tyberij Cæsar is legato medica-  
mentum, hoc libro fateatur. Interim, optime lector,  
Latino medico fruere, atq; beneficij istud acceptum  
Ruellio feres. Nimirum qui ipse ædendum cum cura  
rit, plurimisq; in locis multa reposuerit.

que ætatis superioris incuria  
depravata, contabue-  
rant. Nonnul-  
la etiā  
ex Galeno, quod ex notulis  
deprehendas licet,  
reddidit.